

ist an die Adresse des Herzogs H. von Sachsen, eines an den Grafen G. von Görz, in einem anderen wird von den Beziehungen zwischen dem Bischof M. von Passau und dem Herzog von Oesterreich gesprochen, die letzten zwei Nummern beziehen sich auf Aquileja.

11. Ueber den wichtigen Cod. 225 (alt 42/3) habe ich in den Beiträgen zur Kunde steierm. Geschichtsq. Jahrg. 1894 gehandelt. Er enthält den Briefsteller des Boncampagnus. Zu den früher schon von mir daraus mitgetheilten Stücken hebe ich noch die folgende Nummer als besonders werthvoll hervor:

Littere quas misi (Wolfgero) domino patriarche Aquileiensi contra hereticos.

Venenose^a arboris pomum, quo primus humani generis parens extitit Eva mediante deceptus, posteritatem nostram gustu consimili toxicavit, unde ramusculi a viciatis radicibus propagati viciis carere non possunt. Quare in originariam relabimur culpam et reflexibiliter protoplasti iaculis vulneramur. Et licet Dei et hominum mediator per incarnationis misterium apposuerit primo vulnere disciplinam et post gratiam, ex aqua et Spiritu Sancto renatis viam per evangelicam et apostolicas traditiones ostendit ad patriam redeundi, quidam antiqui serpentis^b persuasione seducti et literam, que occidit^c, non spiritualem intelligenciam amplectentes *baptisma negant, carnis resurrectionem non credunt et ipsum demoniorum principem asserunt esse mundialis machine creatorem*. Ecce, in patriarchatu vestro, immo Christi consistunt, qui detestabiliores sunt quam barbare nationes vel Ebrei seu ydolatre, qui adoraverunt sculptilia^d et murmuraverunt gloriam suam in similitudine vituli comedentis fenum. Ita siquidem hereticorum genera, que intra patriarchalem dyocesim diabolo instigante ingerere noscuntur: *Cathari, Patharini, Leoniste, Arnulderi, Circumcisi, Rebaptizati, Passaginii, Cavillarii, Rubri (sic), Speroniste, sed Paterinorum^e secta congregat omnia genera piscium in sagena* et sedens iuxta litus erroris bonos et malos recipit^f in vasis et idcirco diucius durat et forcius invalescit. Horum si quidem labe ac fetoribus Cume languescunt, Mantua sordidatur^g, Verona claudicat, Vicencia iam muta succumbit, Tarvisium torpet, Padua in pulico se defendit, ceterum quod pudor est dicere, ve, ve, iam ipsa contagio misit manum non solum ad subditos, verum eciam ad

a) 'D. vernose' c.

b) 'serpentes' c.

c) 'qui occidit' c.

d) 'sculptilia' c.

e) 'Paterinorum sto' c.

f) 'recipiunt' c.

g) 'sordidantur' c.